



21687

trus

III

Mag. St. Dr.


P

Tyszyński Joseph: Colossus genetis, virtutum et
meritorum magna aornini Petri Zagórski.
Curati in Chlina sacet.—

PANEG. et VITAE

Polen. Fol.

M. 1692.



C
G

I
Z

ad

M
In

COLOSSUS
GENERIS, VIRTUTVM,
MERITORVM,
Magno Nominis:

Per illustris, & Admodum Reverendi Domini,

D. PETRI
ZAGORSKI,
Curati in Chlina,
de Ecclesia DEI MERITISSIMI,
ad Annuam Sui PATRONI

REVOLUTIONEM

S A C E R :

M. IOSEPHUM TYXYNSKI,
In Alma Universitate Cracoviensi, Philosophiae Doctorem,
& Professorem,

Propensissimi affectus, & calami operâ,

ERECTUS,

&
ADUMBRATUS.

Anno Lapidis Angularis: 1700. Die 29 Junij.

cccc

CRACOVIAE, TYPIS VNIVERSITATIS,

IN STEMMA GENTILITIUM
Perilluistris & Admodū Rñdi Domini.



24.687 III

OSTOIÆ à stando nomen dixerunt Poloni,
Luna licet varijs transmetat astra vijs?
A medio didicit fors illa rigescere ferro,
Cum temnat solitas Luna subire vices?
Et præter: PETRAM super hic OSTOI locatus
Ut solidam ; vegetum spernit habere jubar.
Quando tamen cursum capiet? cùm PETRUS in altum
Promeriti (ð utinam) curret honoris iter.

FRANCISCUS in Trzebinia TRZEBINSKI,
Auditor Eloquentia.

COLOSSUS GENERIS, VIRTUTUM, & MERITORUM.

SVperbos Regum in faxis manes,
si ementito hucusq; ambitionis vivunt spiritu,
& inter animatas scalprō Lisippi statuas,
immortalitatem loqvuntur,
ad fatorum condēmno silentia.

Nimirūm :

Cæcus est quorundam perennatura gloriæ amor,
qui, ut in crassa temporum caligine videantur;
inanis sui in alta turrium iuga, extenuant vires.

Cruda nimis ad pastum Nominis portio,
cocti lateres :

Suffocatur his, non nutritur immortalitas,
& in lapidibus marmor habet sepulchrale;
quō prostrata in oblivionem tumuletur.

Nullus unquam fastus, ad fastigia gloriæ sine ruina evasit.

Dura sunt ipsis sculptoribus Saxa,
& tunc;

Si cælum subministrat ambitio, exarat superbia;
sculpendis famæ characteribus resistunt pertinaciter,
chalybes conterunt,
in athornos & ipsa euertenda.

Malè apud Posteros hāc lapidum mole vivitur,
ni adsit vivax, Generis, Virtutum & meritorum spiritus.

Huius ope :

Magno Nomiñi Tuo,

Perillustris & Admodum Reverende Domine,

D. PETRE ZAGORSKI,

Curate in Chlina Meritissime,

hic in altum gloriæ surgit Colossus;

Fatali nunquam succumbens ruinæ;

A 2

quia

quia solidæ ZAGORSCIANI sanguinis innixus basi :
cuius profusō in Posteros alveō,
toties inter fatorum ignes arsura Patria,
funestas evasit favillas.

Vel in ipso Nominē PETRI exstructus, non cadet,
ab ipsis ingrauescentis sēculi, quassatus malleis,
Gentilitijs Tuis sacratus Cynthijs ;
si viuis meritorum Domus Tuæ, surgit lapidibus.

Stabit in Paternis OSTOIÆ,
Et Maternis STAFFÆ IANOVSCIORVM basibus,
tum omni resistet ruinæ.

Franget avaros dentes invidiosa vetustas,
antequām Tuam hic corrodat gloriam.
Insatiabilis Magnorum Operum helluo, lior,
si velit ad sui palatum masticare;
lapidem agnoscet, sed sibi fatalem.

Scilicet :

Dant scintillas, quod in umbris splendeant,
exarata in saxo Nomina,
qua somitem ab Illustrissimis trahunt familijs.

Sacer Nomihi Tu Colossus

Vt in solidum fusus sit, non bracteatus,
non à lucida tantum Natalium origine,
basim habet :
quam Tibi Gentilitius ZAGORSCIORVM OSTOIA,
tanto deinceps familiarum nexu,
radicatam solidè, & sufficituram omnibus arduis dedit.

Haud ratus ;
ex magnis solūm Nominibus altitudinem habere gloriæ
virtutis adminiculō usus es ;
cuius eximum specimen, vt erigendo Honoris Tui Colosso,
de pari respondeat,
in Generali Studiorum Theatro.

Alma Vniversitate Cracoviensi,

operam dans Studijs,
ex PETRA illa, super quam ipsa moles Ecclesiæ S. fundata,
deriuato robore,

tener

tener adhuc pusio, & jam PETRVS :
& verius quidem, quam in eunis Hercules
Monstrorum æqualis, Domitor.

Timor Domini, ut initium omnis sapientiae;
ita Tuæ, lapis angularis & fundamentum.
Porro : cæteras virtutes superadificatas,
ut nulla Erebi timeant fulmina :

Timore Domini, quasi scuto à latere pendente,
ornâsti, & protexisti.

Velut de saxo, nonnulli processisse sibi execrantur sapientiam :
Tibi meliori Bellerofonti felici, aquæductu fons illius fluxit ;
ut taliter, in sinum gratiæ influeres.

Perillustris olim & Reverendissimi Domini,

D. ADALBERTI ZŁOWODZKI,
Custodis Cracoviensis, Canonici Sandomiriensis,
Præpositi Sołecensis &c.
optimas ab illo hausurus virtutes ;
quæ, Tuæ Colossum gloriæ, in altius evançant fastigium.
Nimirum :

PETRVM Te non vano gessisti Nomine ;
captâsti magnorum affectus Virorum,
ut tandem & ipse victima fieres,
ad Altare DEI immolanda.
Procul Rhodij Solis Colossi vertex,
ærefusis radijs coronatus.

Caput Tuum aurum optimum,
pretiô, à sapientia valore, à meritis redimitum.

Lydium lapidem ; ad Curiam suam dedit Tibi,

Celissimus olim Princeps, Illusterrimus, & Reverendissimus Dominus,

D. IOANNES MAŁACHOWSKI,

Episcopus Cracoviensis, Dux Severiæ,
Ipse, Ecclesiæ DEI Columna, & Totus Gratia.

Te dum probauit, d'gnum æstimauit ;
ut vigil, super gregem in Parochiali Chilonensi Pastor,
Sanctam DEO offerrens Hostiam Sacerdos ;
Soli Iustitiæ, in nube Eucharistica, Sacer
fieres Colossus.

Et hic primò, vt Tu omnino par Nomi ni stet Obeliscus ;
veniunt turmatim, (viui enim sunt) concentrati,
virtutum, & meritorum lapides.

Tu ipse gratissima Cælestibus Sphæris Harmonia,
& in omnes Vitæ Spiritualis tonos, adamussim vocalis Lyra,
svavi concentu conscientiæ instructa ;
quasi tuba exaltans vocem,
Sanctior ædificij gloriæ Tuæ, extulisti Amphion.

Non Thebas solùm,

Svavi tinnitu impulsa venerunt Saxa,
vt mænium ascendant coronam :
sed quod est, è saxe Deucoleonis progenie intractabile,
& tandem in devotionis, & misericordiæ venit sphæram ;
Tuæ id debet Eloquentiæ.

Sacer DEI Oraculorum Apollo;

plures in Delpho nostra, Aras meruisti ;
vel inde totus aureus :

quòd, quidquid dixeris, aut aurum, aut ipsò pretiosius obrizò est.

Verè Cyneas in Sacro Suggestu ;
vt rebelles DEO animas, in funiculo charitatis trahas,
catenis Eloquentiæ aureis vteris.

In Ecclesia Tua Chlinensi
deflexus situosæ Antiquitatis,

seruentem Honori Aviæ Salvatoris S. ANNÆ extinxit Sodalitatem:

Tu felix Prometheus, & totus in DEI amore Vesuvius,
recentissimè iterum has devotionis ascendisti flamas:

Piissimâ Vestâ MARIANNA de Brzežie,

Illustris olim & Magnifici Domini,
D. GEORGIJ in Trzebina TRZEBINSKI; Consorte;
Oleum perpetuæ fundationis, ne lampas hæc deuotionis suffocetur,
fundente.

Cuius anima, vt etiam inter Prudentes Virgines,
ad Cælestes Agni Immaculati Nuptias veniat,
in Nomine PETRI, repulsam non timet ;
cui Claves Regni Cælorum traditæ.

Dixi-

Dirutam sua in funera Ecclesiam Chlinensem,
cæca videret impietas :
ni tu multarum in Cælis memor mansionum,
Domum DEI, in terris postquam receperis lateritiam,
Marmoream redderes.

Ita: bonus animus ipse sibi est immortalitatis Architectus.
Auratō, Iovem si credidit Antiquitas gaudere thorō ;
Tuo ære, in Ecclesiæ decus penitus erogato,
Altaria Sanctorum non aurata solum, sed ex aße fundata ;
altiores gloriæ Tux erigunt colles.
Dat pretium Tuò Nomiñi servata pauperum salus,
illam omni meliorem metallo existimans ;
quoties egentium sublevas inopiam,
toties assurgis in fastigium meritorum :
diem amissurus ni bene feceris.

Manus tux trullam agunt,
dum æs fundunt in aridas aliquorum fortunas,
immortalitatis iungunt structuram.

Aliter: non videntur quamvis magna nomina,
si abiectam horum despiciunt parvitatem ;
Et si vident, non attendunt, ut aduertant.

Augustam nunc Tui Nominis metire vastitatem ;

Colossus Tibi Sacer,

qualem umbram ad vitæ occasum dabit,
ad tantos Virtutum splendores expositus.
Dabit mensuram magnitudinis Honorum Tuorum ;
quos tu ubi potes, evitas.

Ita certè :

nolle Honorem, quem summa Virtutum meretur dignitas :
Summus Honor est.

Porro: mens generosa scit contemnere fortunam :
qua, sapius ipsos Polycrates, versatili rotat circulos.
Et illos extra sphæram dignitatum projicit,
quos coronant merita.

Satis esse & Tibi.

Perillustris, & Admodum Reverende Dñe,
nullò honorum vocari titulò,
cùm absq; hoc vano nominis tonitu,
& ipsis bene audiris Astris.

Ergo illa Beatorum sedes;

*cuius Portæ sunt singula Margaritæ,
cuius Muri sunt Lapiðes pretiosi:*

Te PETRAM Ecclesiæ DEI firmissimam,
in omnigenæ felicitatis stabilitate,
reddat immobilem.

Profectò:

durabunt in Tuo Nominе,
inestimabiles Virtutum adamantes,
hoc compacti Colosso:
in quo, & vota mea, indelebili charactere, expressa,
vt felix, & longævus vivas,
etiam sub marmore loquentur.



Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.



3. xxii. 5.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024771

